

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project  
(<http://compendium-project.wlu.ca>)

53 quotations attributed to Ambrosius in the *Compendium moralium notabilium*  
(from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.16va):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo 5. **Certum est solum et summum bonum esse virtutem eamque habundare solam ad fructum beate vite.**

Certum est solum et summum bonum uirtutem esse eamque abundare solam ad uitae fructum beatae, nec externis aut corporis bonis sed uirtute sola uitam praestari beatam per quam uita aeterna acquiritur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.5.18 (CCSL 15, M. Testard ed., p.103, ll.14-17).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 5: De tranquillitate et bona vita et non bona (fol.18va):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo. **Uitam beatam efficiunt tranquillitas conscientie et securitas innocentie.**

Tantus enim splendor honestatis est ut uitam beatam efficiant tranquillitas conscientiae et securitas innocentiae.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.1.1 (CCSL 15, M. Testard ed., p.97, ll.3-5).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 3: De affectibus et motibus animorum (fol.19vb):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 2. **Affectus nature est non potestatis.**<sup>1</sup> **Etsi vis quedam nature in omni appetitu sit: tamen idem appetitus rationi subiectus est legi nature ipsius: et obedit ei.**<sup>2</sup>

1. Ergo etsi irascimur, quia adfectus naturae est non potestatis, malum sermonem non proferamus de ore nostro ne in culpam ruamus; sed iugum sit uerbis tuis et statera, hoc est humilitas atque mensura, ut lingua tua menti subdita sit.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.3.13 (CCSL 15, M. Testard ed., p.5, ll.43-46).

2. nam etsi uis quaedam naturae in omni appetitu sit, tamen idem appetitus rationi subiectus est lege naturae ipsius et oboedit ei.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.47.229 (CCSL 15, M. Testard ed., p.84, ll.27-29).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 1: De iustitia equitate et iniquitate (fol.24vb):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo 19. **Equitas imperia confirmat: iniustitia dissoluit.**

Claret ergo quoniam aequitas imperia confirmet et iniustitia dissoluat.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.19.95 (CCSL 15, M. Testard ed., p.131, ll.1-2).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 3: De conscientia benignitatis et malignitatis (fol.26rb):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo i. **Uitam beatam efficiunt tranquillitas conscientie et securitas innocentie.**

Tantus enim splendor honestatis est ut uitam beatam efficiant tranquillitas conscientiae et securitas innocentiae.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.1.1 (CCSL 15, M. Testard ed., p.97, ll.3-5).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 4: De innocentia (fol.26vb):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo. **Uitam beatam efficiunt tranquillitas conscientie et securitas innocentie.**<sup>1</sup> Libro 3. capitulo 5. **Non latebra sapienti spes impunitatis est: sed innocentia.**<sup>2</sup>

1. Tantus enim splendor honestatis est ut uitam beatam efficiant tranquillitas conscientiae et securitas innocentiae.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.1.1 (CCSL 15, M. Testard ed., p.97, ll.3-5).

2. Non enim latebra sapienti spes impunitatis sed innocentia est.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.5.31 (CCSL 15, M. Testard ed., p.164, ll.25-26).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.31vb-32ra):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 28. **Liquet etiam in bello fidem et iustitiam obseruari oportere.**<sup>1</sup> **Fundamentum iustitiae est fides.**<sup>2</sup> Libro 2. capitulo 6. **Auaritia perfidiae vicina est.**<sup>3</sup> Libro 3. et finali capitulo 12. **Unusquisque nihil promittat inhonestum. at si promiserit tolerabilius est promissum non facere: quam facere quod turbe sit.**<sup>4</sup>

1. Liquet igitur etiam in bello fidem et iustitiam seruari oportere nec illud decorum esse posse si uioletur fides.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.29.140 (CCSL 15, M. Testard ed., pp.50-1, ll.34-36).

2. «Fundamentum» ergo «est iustitiae fides»; iustorum enim corda meditantur fidem; et qui se iustus accusat, iustitiam supra fidem collocat; nam tunc iustitia eius apparet si uera fateatur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.29.142 (CCSL 15, M. Testard ed., p.51, ll.44-46).

3. Licet hoc possit etiam ad auaritiam impiorum hominum deriuari, quae perfidiae uicina est; sicut in Iuda proditore legimus qui auaritiae studio et pecuniae cupiditate laqueum prodicionis incurrit atque incidit.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.6.24 (CCSL 15, M. Testard ed., p.106, ll.21-24).

4. Purum igitur ac sincerum oportet esse adfectum ut unusquisque simplicem sermonem proferat, uas suum in sanctitate possideat nec fratrem circumscriptione uerborum inducat, nihil promittat inhonestum ac si promiserit, tolerabilius est promissum non facere quam facere quod turpe sit.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.12.76 (CCSL 15, M. Testard ed., p.182, ll.1-5).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 3: De prodicione exprobranda (fol.32rb):

Ambrosius de officiis libro 3. et finali capitulo 16. et finali. **Inimicus vitari potest: amicus non potest si insidiari velit.**

Inimicus vitari potest, amicus non potest si insidiari uelit.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.22.137 (CCSL 15, M. Testard ed., p.205, ll.106-107).



Pars 2, Liber 2, Rubrica 6: De apparentia existentia et hypocrisi (fol.33vb):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo 19. **Quales haberi volumus: tales simus.**

Quales haberi uolumus, tales simus et qualem adfectum habemus, talem aperiuamus.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.19.96 (CCSL 15, M. Testard ed., p.131, ll.12-14).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 10: De confidentia credulitate credulis atque incredulis (fol.36va):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 31. **Unusquisque bene volentis se magis quam sapientis credit consilio.**<sup>1</sup> Libro 2. capitulo 8. **Promptius nos iusto viro quam prudenti committimus.**<sup>2</sup>

1. Vbi enim deest liberalitas, benevolentia manet, communis quaedam parens omnium, quae amicitiam connectit et copulat: in consiliis fidelis, in prosperis laeta, in tristibus maesta; ut unusquisque benevolentiae se magis quam sapientis credat consilio ut Dauid cum esset prudentior, Ionathae tamen iunioris consiliis acquiescebat.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.32.167 (CCSL 15, M. Testard ed., p.61, ll.28-33).

2. Promptius tamen nos iusto uiro quam prudenti committimus, ut secundum usum uulgi loquar.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.8.43 (CCSL 15, M. Testard ed., p.112, ll.23-24).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 2: De pietate (fol.37ra):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 31. **Beniuolentia communis quedam parens omnium est: que amicitia connectit et copulat: in consiliis fidelis: in prosperis leta: in tristibus mesta. Unusquisque beniuolentis se magis quam sapientis credit consilio.**<sup>1</sup> 32. capitulo. **Beniuolentia etiam morum similitudinem facit.**<sup>2</sup> **Inter dispares mores et studia compugnancia beniuolentia esse non potest.**<sup>3</sup> Libro 2. capitulo 7. **Nihil tam vtile quam diligere. Id agamus vt omni sedulitate commendemus existimationem opinionemque nostram. Ac primum placiditate mentis et animi benignitate influamus in affectum hominum: popularis enim et grata est omnibus bonitas: nihilque est quod tam facile humanis sensibus illabatur.**<sup>4</sup> 30. capitulo et finali. **Nihil charitate dulcius: nihil pace gratius.**<sup>5</sup>

1. Vbi enim deest liberalitas, beneuolentia manet, communis quaedam parens omnium, quae amicitiam connectit et copulat: in consiliis fidelis, in prosperis laeta, in tristibus maesta; ut unusquisque beneuolentiae se magis quam sapientis credat consilio acquirerebat.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.32.167 (CCSL 15, M. Testard ed., p.61, ll.28-33).

2. Adiuuant etiam parium studia uirtutum siquidem beneuolentia etiam morum facit similitudinem.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.33.171 (CCSL 15, M. Testard ed., p.63, ll.7-8).

3. Nam cum alter praedurus, alter mansuetus esset, inter dispares mores et studia compugnancia, beneuolentia esse non poterat.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.33.171 (CCSL 15, M. Testard ed., p.63, ll.16-17).

4. Ac primum norimus nihil tam utile quam diligere, nihil tam inutile quam non amari; nam odio haberi exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus ut omni sedulitate commendemus existimationem opinionemque nostram; ac primum placiditate mentis et animi benignitate influamus in adfectum hominum. Popularis enim et grata est omnibus bonitas nihilque quod tam facile humanis illabatur sensibus.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.7.29 (CCSL 15, M. Testard ed., p.108, ll.7-13).

5. Nihil caritate dulcius, nihil pace gratius.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.30.155 (CCSL 15, M. Testard ed., p.152, ll.17-18).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 7: De conuersatione conspectu societate et solitudine (fol.39rb):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo 20. Plurimum prodest unicuique bonis iungi.

Plurimum itaque prodest unicuique bonis iungi.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.20.97 (CCSL 15, M. Testard ed., p.132, l.1).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 8: De amicitia vera et amicis veris (fol.40rb):

Ambrosius de officiis libro 3. et finali capitulo 16. et finali. **Si necesse est: toleremus propter amicum etiam aspera: plerumque inimicitie subeunde sunt propter amici innocentiam.<sup>1</sup> Inter disparares mores non potest esse amicitia.<sup>2</sup> Uirtus est amicitia: non conquestus: quia non pecunia sed gratia paratur. Meliores amicitie sunt inopum plerumque quam diuitum.<sup>3</sup>**

1. Si necesse est, toleremus propter amicum etiam aspera. Plerumque inimicitiae subeundae sunt propter amici innocentiam, saepe obtrectationes, si restiteris uel responderis cum amicus arguitur et accusatur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.22.130 (CCSL 15, M. Testard ed., p.202, ll.36-39).

2. Inter dispares enim mores non potest esse amicitia et ideo conuenire sibi utriusque debet gratia: nec auctoritas desit inferiori si res poposcerit, nec humilitas superiori; audiat quasi parem, quasi aequalem; et ille quasi amicus moneat, obiurget, non iactantiae studio sed adfectu caritatis.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.22.133 (CCSL 15, M. Testard ed., pp.203-4, ll.63-68).

3. Virtus est enim amicitia, non quaestus quia non pecunia paritur sed gratia, nec licitatione pretiorum sed concertatione beneuolentiae. Denique meliores amicitiae sunt inopum plerumque quam diuitum et frequenter diuites sine amicis sunt quibus abundant pauperes.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.22.134-135 (CCSL 15, M. Testard ed., p.204, ll.75-78).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 7: De contentionibus (fol.45ra):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 2. **Absit pertinax in familiari sermone contentio: questiones enim magis excitare inanes quam vtilitatis aliquid afferre solet.**

Absit pertinax in familiari sermone contentio; quaestiones enim magis excitare inanes quam vtilitatis aliquid adferre solet.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.22.99 (CCSL 15, M. Testard ed., p.37, ll.17-19).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 2: De beneficiis (fol.47vb-48ra):

Ambrosius de officiis libro 4. et finali capitulo 3. **Considera o homo unde nomen sumpseris: ab humo itaque que nihil cuique eripit: sed omnia largitur omnibus et diuersos in vsum omnium animantium fructus ministrat. Inde appellata humanitas specialis et domestica virtus hominum que consortem adiuuat.<sup>1</sup> Subuenire non habenti humanitatis est: duritie autem plus extorquere quam dederis.<sup>2</sup> 5. capitulo. Si non potest alteri subuenire nisi alter ledatur: commodius est neutrum inuari quam grauari alterum.<sup>3</sup>**

1. Considera, o homo, unde nomen sumpseris: ab humo utique quae nihil cuiquam eripit sed omnia largitur omnibus, et diuersos in usum omnium animantium fructus ministrat. Inde appellata humanitas specialis et domestica uirtus hominum quae consortem adiuuat.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.3.16 (CCSL 15, M. Testard ed., p.158, ll.9-13).

2. Subuenire enim non habenti humanitatis est, duritiae autem plus extorquere quam dederis.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.3.20 (CCSL 15, M. Testard ed., p.160, ll.56-58).

3. Denique si non potest alteri subueniri nisi alter laedatur, commodius est neutrum inuari quam grauari alterum.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.9.59 (CCSL 15, M. Testard ed., p.175, ll.16-17).

Pars 2, Liber 5, Rubrica 5: De auxilio et fauore (fol.49rb):

Ambrosius de officiis libro 3. capitulo 24. **Pronum quippe est genus humanum fauere honoratioribus.**<sup>1</sup> 25. capitulo. **His fauemus frequentius a quibus referende gratie vicem speramus.**<sup>2</sup>

1. Pronum quidem est genus hominum fauere honoratioribus ne laesos sese putent, ne uicti doleant.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.25.125 (CCSL 15, M. Testard ed., p.141, ll.40-42).

2. His enim fauemus frequentius a quibus referendae uicem speramus gratiae.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.25.126 (CCSL 15, M. Testard ed., p.142, ll.2-3).



Pars 2, Liber 5, Rubrica 9: De gratia et gratitudine et ingratitude (fol.51ra):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 30. **Non dare cuiquam vix licet: non reddere vero non licet. Conferre gratiam bonum est: at qui referre nescit durissimus est.**

Non dare cuiquam vix licet, non reddere uero non licet. Ideo pulchre Salomon ait: Si sederis cenare ad mensam potentis, sapienter intellege ea quae apponuntur tibi et mitte manum tuam sciens quod oportet talia praeparare. Si autem insatiabilis es, noli concupiscere escas eius: haec enim obtinent uitam falsam. Quas nos imitari cupientes sententias, scripsimus. Conferre gratiam bonum est, at qui referre nescit, durissimus.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.31.161-162 (CCSL 15, M. Testard ed., p.59, ll.19-25).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 8: De iudicibus et iudiciis (fol.57ra):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo 24. **In iudicio gratia absit causa merita decernant.**

Sed nec personam alterius accipiamus in iudicio: gratia absit causae merita decernant.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.24.125 (CCSL 15, M. Testard ed., p.141, ll.37-38).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63rb):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo 12. **Degeneres animos vita arguit.**

Degeneres animos uita arguit.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.12.62 (CCSL 15, M. Testard ed., p.119, l.17).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 1: De prudentia et sapientia (fol.64vb):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 23. **Prudentia in veri inuestigatione versatur: et scientie plenioris infundit cupiditatem.**

Quarum primo loco constituerunt prudentiam quae in ueri inuestigatione uersatur: et scientiae plenioris infundit cupiditatem; secundo iustitiam quae suum cuique tribuit, alienum non uindicat, utilitatem propriam negligit ut communem aequitatem custodiat; tertio fortitudinem quae et in rebus bellicis excelsi animi magnitudine et domi eminent corporisque praestat uiribus; quarto temperantiam quae modum ordinemque seruat omnium quae uel agenda uel dicenda arbitramur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.24.115 (CCSL 15, M. Testard ed., p.41, ll.77-85).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 3: De prudentia et premeditatione atque deliberatione [n.p. 2ra]:

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 37. **Nisi explorentur aduersa cito occupant.**<sup>1</sup> Libro 2. capitulo 30. et finali. **Ante factum cogitate: et cum diu cogistaueritis tunc facite quod probatis.**<sup>2</sup>

1. Denique nisi explorentur aduersa, cito occupant; ut in bello improuisus hostis uix sustinetur et si imparatos inueniat, facile opprimit, ita animum mala inexplorata plus frangunt.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.38.190 (CCSL 15, M. Testard ed., p.71, ll.19-22).

2. Filii ante factum cogitate et cum diutius cogistaueritis, tunc facite quod probatis.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.30.153 (CCSL 15, M. Testard ed., p.152, ll.5-6).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 4: De consilio [n.p. 3rb]:

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 31. **Unusquisque benivolentis se magis quam sapientis credit consilio.**<sup>1</sup> Libro 2. capitulo 8. **Promptius nos iusto viro quam prudenti committimus.**<sup>2</sup>

1. Vbi enim deest liberalitas, benevolentia manet, communis quaedam parens omnium, quae amicitiam connectit et copulat: in consiliis fidelis, in prosperis laeta, in tristibus maesta; ut unusquisque benevolentiae se magis quam sapientis credat consilio acq̄iscebat.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.32.167 (CCSL 15, M. Testard ed., p.61, ll.28-33).

2. Promptius tamen nos iusto viro quam prudenti committimus, ut secundum usum uulgi loquar.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.8.43 (CCSL 15, M. Testard ed., p.112, ll.23-24).

Pars 3, Liber 3, Rubrica 4: De admonitione castigatione seu correctione (fol.67va):

Ambrosius de officiis libro 3. et finali capitulo 16. et finali. **Neque monitio aspera sit: neque abiurgatio contumeliosa.**

Neque monitio aspera sit neque obiurgatio contumeliosa; sicut enim adulationis fugitans amicitia debet esse, ita etiam aliena insolentiae.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 3.22.134 (CCSL 15, M. Testard ed., p.204, ll.69-71).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 1: De taciturnitate et loquacitate (fol.74vb):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 2. **Carum est tacere quemquam cum sibi loqui nihil prosit.**

Rarum est tacere quemquam cum sibi non prosit loqui.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.10.35 (CCSL 15, M. Testard ed., p.13, ll.42-43).



Pars 3, Liber 5, Rubrica 3: Quando sit loquendum (fol.75va):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 2. **Noli respondere irato ad iracundiam eius: siue in prudenti ad imprudentiam.**

Noli respondere irato ad iracundiam eius siue in prudenti ad imprudentiam.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.21.93 (CCSL 15, M. Testard ed., p.13, ll.42-43).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 5: De enunciatione indicatione affirmatione approbatione et reprobatione (fol.75va):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 8. **Sapiens vt loquatur multa prius considerat: quid dicat:** aut cui dicat: **quo in loco et tempore.**

Sapiens ut loquatur multa prius considerat: quid dicat, quo in loco et tempore.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.21.93 (CCSL 15, M. Testard ed., p.13, ll.43-44).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 1: De temperantia et modestia modo atque nimietate (fol.86ra):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 23. **Temperantia modum ordinemque seruat omnium que vel agenda vel dicenda arbitramur.**

Quarum primo loco constituerunt prudentiam quae in ueri inuestigatione uersatur et scientiae plenioris infundit cupiditatem; secundo iustitiam quae suum cuique tribuit, alienum non uindicat, utilitatem propriam neglegit ut communem aequitatem custodiat; tertio fortitudinem quae et in rebus bellicis excelsi animi magnitudine et domi eminent corporisque praestat uiribus; quarto temperantiam quae modum ordinemque seruat omnium quae uel agenda uel dicenda arbitramur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.24.115 (CCSL 15, M. Testard ed., p.41, ll.73-85).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 1: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.89vb):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo 21. **Hoc malum iam dudum humanis influxit mentibus vt pecunia honori sit: et animi hominum diuitiarum admiratione capiantur.**<sup>1</sup> 26. capitulo. **Ita incubuerunt mentes hominum admiratione diuitiarum: vt nemo nisi diues honore dignus putetur.**<sup>2</sup>

1. Varum hoc malum iamdudum humanis influxit mentibus ut pecunia honori sit et animi hominum diuitiarum admiratione capiantur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.21.108 (CCSL 15, M. Testard ed., p.136, ll.43-45).

2. Ceterum ita incubuerunt mores hominum admirationi diuitiarum ut nemo nisi diues honore dignus putetur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.26.129 (CCSL 15, M. Testard ed., p.143, ll.1-2).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De diuitiarum proficuo et nocumento paupertatis (fol.94vb):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo 6. **Auaritia perfidie vicina est.**

Licet hoc possit etiam ad auaritiam impiorum hominum deriuari, quae perfidiae uicina est; sicut in Iuda proditore legimus qui auaritiae studio et pecuniae cupiditate laqueum prodicionis incurrit atque incidit.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.6.24 (CCSL 15, M. Testard ed., p.106, ll.21-24).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 3: De humilitate: seu mititate superbia elatione et fastu (fol.97vb):

Ambrosius de officiis libro 2. capitulo 14. **Humilitas gratiam auget.**

Humilitas enim auget gratiam.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 2.14.67 (CCSL 15, M. Testard ed., p.121, l.18).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 4: De tedio (fol.105ra):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 2. **Sermo tediosus iras excitat.**

Sermo enim taediosus iras excitat.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.22.100 (CCSL 15, M. Testard ed., p.37, l.28).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 10: De appetitu et desiderio (fol.106vb):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 23. **Nationi appetitus non reluctetur.**<sup>1</sup> 26. capitulo. **Omnibus animantibus innascitur primo vitam tueri: cauere que noceant: expetere que prosint.**<sup>2</sup>

1. Ut rationi appetitus non reluctantur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.24.105 (CCSL 15, M. Testard ed., p.39, l.3).

2. Omnibus quoque animantibus innascitur primo salutem tueri, cauere quae noceant, expetere quae prosint.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.27.128 (CCSL 15, M. Testard ed., p.46, ll.19-20).



Pars 4, Liber 4, Rubrica 11: De concupiscentia voluptatum (fol.107rb):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 19. **Quam multos etiam fortes illecebra decepit.**

Quam multos etiam fortes illecebra decepit!

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.20.87 (CCSL 15, M. Testard ed., p.33, ll.23-24).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117va):

Ambrosius de officiis libro i. capitulo 25. Est fortis qui se in dolore aliquo consolatur. Reuera iure ea fortitudo vocatur quando vnusquisque seipsum vincit iram continet: nullis illecebris emollitur atque inflectitur: non aduersis perturbatur non extollitur secundis.

Est ergo fortis qui se in dolore aliquo consolatur. Et reuera iure ea fortitudo uocatur quando unusquisque se ipsum uincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atque inflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis et quasi uento quodam, uariarum rerum circumfertur mutatione.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.36.180-181 (CCSL 15, M. Testard ed., p.67, ll.19-23).